

Eodem modo paratur :

- EXTRACTUM herbæ Lactucæ virosæ.
— Saponariæ officinalis.
— Radicum Tritici repentis.
— Cichorium-Intybi.
-

S U C C U S C O C H L E A R I Æ
C O M P O S I T U S .

- R. Herbæ Cochleariæ officinalis.
— Sisymbrium-nasturtii recentium
ana partes æquales.

Concisas et contusas exprime prelo. Suc-
cum expressum sepone donec fæces subse-
derint, dein effunde liquorem per subsi-
dientiam depuratum.

MUCILAGINES ET GELATINÆ

Obtinentur vel dissolutione gummi in
æquali ponderé aquæ fervidæ sæpius agi-
tando massam, vel decoctione partis plan-
tæ hoc principio scatentis.

Hoc modo paratur :

MUCILAGO gummi *Mimosæ Niloticae.*

————— Senegal.

————— *Astragalus-Traga-*
canthæ, aliarum-
que specierum.

————— *Pruni Armeniacæ.*

————— domesticæ.

————— cerasi.

————— Seminum *Lini usitatissimi.*

————— *Pyrus-Cydoniæ.*

GELATINA CORNU CERVI,

N. Rasuræ Cornu cervi uncias sex.

Aquæ libras sex.

Coque ad colaturam librarum trium et
adde

Vini albi Hispanici (vel Hungarici, vel
pro re nata vini veteris Rhenani) uncias
quatuor.

Succi fructus citri medicæ unciam unam.

Syrupi succi fructus citri medicæ uncias
duas.

Effunde ut frigore coëat in massam tremulam.

Eodem modo parari potest cum anatica portione aquæ

GELATINA AMYLI.

— ICHTHYOCOLLÆ.

P U L P Æ.

P U L P A C A S S I Æ.

¶. Fructus siliquosi Cassia - fistulæ quantum placet.

Medullam cum seminibus et dissepi-
mentis e siliquis diffractis ope cultri ebur-
nei vel argentei exemptam macera in aqua
calida; dein tere per cibrum setaceum, et
leni calore ad consistentiam debitam eva-
pora; tunc singulis pulpæ libris adde

Sacchari albi pulv. uncias duas.

Eodem modo paratur :

P U L P A F R U C T U S A M L I C Æ I N D I C Æ , vulgo
Pulpa Tamarindorum, dicta.